



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Decretvm Sive Statvtvm Vnvm Dicti Concilii Valentini, Iuxta Decretum
Gratiani vel Iuonis, & iuxta 39. cap. lib. 3. codicis sexdecim librorum, ex
monasterio sancti Bauonis Gandensis excerptum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

DAMASVS P.I. VALENTINVM. GRATIANVS IMP. 313
ANNO CHRISTI 374. VALENTIN.

DECRETVM SIVE STATVTVM VNVM
DICTI CONCILII VALENTINI,

Iuxta Decretum Gratiani vel Iuonis, & iuxta 39. cap.
lib. 3. codicis sexdecim librorum, ex monasterio
sancti Bauonis Gandensis excerptum est.

*Nisi ut meliora prospiciat, rem ecclesiæ non liceat distrahere
episcopo.*

Irrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel
commutatio rei ecclesiasticæ, absque * collaudatione &
subscriptione sacerdotum.

Hoc decretum 12. quæst. 2. sine exceptione dicitur, aut scribitur esse ex epistola Leonis ad episcopos, per vniuersam Siciliam. In decretis autem Iuonis libro secundo legitur, secundum exemplar impressum, esse ex Concilio apud Valentias. Nec tamen reperitur in epistola Leonis, ubi supra, nec in Valentino Concilio Galliæ aut Hispaniæ, sed in decretis Concilii 4. Carthaginensis capite 32.

ALIVD DECRETVM VALENTINVM.

Non nisi a propriis episcopis presbyteri chrisma petant.

Presbyteri, qui dioceſanas ecclesiæ regunt, non a de conf. quibuslibet episcopis, sed a suo; non per iuniorem clericum, ^{dift. 4.} Presbyteri sed per ſeipſos, aut per illum qui eiusdem ordinis fit, ante Paschæ ſolennitatem chrisma petant.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

* *Neque enim absolui.*] Paulo vberius codex Lugdunensis: *Neque enim absolui in his potest, si in ipſos ſe dixerint quod dictum in alios puniretur.* Eademque verba interſerunt etiam Rhemensis, Anitiensis, & Fossatenſis, ut cauſæ nihil appareat cur omitti debant. Quæ vero ſequuntur episcoporum ſubſcriptiones, ex vniico Rhemensi depromptæ ſunt, in aliis non erant.

* *Eortius.*] In codice Anitiensi, qui eadem omnia quæ Lugdunensis continebat, literula olim adiecta, tum hoc loco, tum initio Synodi, ſcriptum eſt Euortius, ut de Aurelianensi Euortio accepifedubium non sit.

Concil. Tom. 3.

R 1

valere, Am
ere, C
alere,
ere,
ne va-

ILII
E

Faga-
Britto,
ntiu-
Viba-
no fa-

cor-
qu
ſtu-
ir, e-
ones
pol-
tut.
non-
que
aufa
iora
ob-
odo,
uam
pter
du,
vos

A